Quelle: https://manuscripta.at/?ID=874
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



1

huiusmodi dicuntur qualitates ut minime. Quartum ut genus
qualitatis est forma vel circa aliquid stans figura. Amplius autem
ad hec rectitudo et curvitas vel quod his simile est. Secundum
.H. unum quidque ex quale quid dicitur. Triangulum uero ut quadrangulum ex quale
quid dicitur et rectum aut curuum. Rarum uero et spissum et asperum vel lene puta
buntur quidem qualitatem significare si aliena huiusmodi putantur esse
a diuisione que circa qualitatem est. Quantum enim positionem
quandam uidetur partium utrumque monstrare. Spissum quidem est
eo quod partes sibi ipsis proximque sint. Rarum ut quod distent a se in
uicem. Et lene quidem quod in rectum sibi partes iaceant. Asperum ut quod
hec quidem pars super. Illa ut sit inferior et fortasse alia quo;
appareant qualitatis modi. si; quum maxime dicuntur hi sint. Qualitates
itaque sunt que predicta sunt. Qualia ut que secundum hec denomina
tiue dicuntur. Et quemlibet abhis. ut a candore candidus.
vel a grammatica grammaticus. vel a iustitia iustus. Similiter autem et
in aliis, in aliquibus; ut eo quod non sint posita qualitatibus nomina.
non tamen ea que dicuntur abeis denominatiue dici. Vt cur
sor aut pugillator. quia secundum uaritudinem natatoris dicuntur.
a nulla qualitate denominatiue dicitur. Hoc enim posita nomina
sunt uaritudinibus; secundum quas ista quales dicuntur. sicut in disciplinis
secundum quas et pugillatores et palestrici secundum affectionem dicun
tur. Pugillatoria enim palestrica disciplina dicitur. Quales ut
abhis denominatiue hii quia afficiuntur dicentur. Aliquando
autem et posito nomine denominatiue non dicitur. quod secundum
ipsum quale dicitur. ut a uirtute studiosus. Virtutem enim habens
studiosus dicitur. si; non denominatiue a uirtute. Hoc autem
in pluribus hoc tale est. Que quidem dicuntur aut denomina
tiue a predictis qualitatibus; dicuntur. aut aliquotiens aliter ab eis.
Inest autem et contrietas secundum quod quale est ut iustitie inuiustitia
contria est albedo nigredini. vel alia. Similiter autem et ea que
secundum eas qualia dicuntur. ut inuiustum iusto. vel album nigro.
Hoc autem in omnibus; hoc; rubeo et pallido aut hui mmodi colori
bus nisi contrium qualitatibus; existentibus; Amplius si ex contrius
unum fuerit quale: hoc palam est quoniam et reliquum erit quale: